

bolam ex iuribus patriis nostris addere eo minus dubitavi, quo magis et in nostris septentrionalibus Germaniae principatibus, quanquam rarius, praesto omnino tamen sunt bona nobilium avita et stemmatica seu fideicommissa familiarum, et quo magis istic passim audiuntur causidicorum et aliorum sententiae et dictoria, quibus contendere et affirmare nulli dubitent indolem ac naturam talium bonorum stemmaticorum, succedendi ius in talem hereditatem avitam, nec non agnatorum iura mutua respectu potissimum stirpis femininae, nominatim viduarum et matrum, non tam iudicanda et dirimenda esse, ut res est<sup>16)</sup>, ex statu militari Germanorum, cuius indolem variorum iurium nobilitatis avitae matrem seu fontem optime, ut solet, exposuit vir summus *Georgius Ludovicus Boehmer* in dissertatione *de iuribus ex statu militari pendentibus*<sup>17)</sup>, deinde ex autonomia Germanorum nobilium

---

16) *Justus Henning Boehmer* de fundamento pactorum familiae ad fideicommissa inclinantium cap. 11. §. 2 p. 22. itemque *Joannes Stephanus Puetter* de iure feminarum aspirandi ad fideicommissa familiae &c. cap. 1. §. 3.

17) Denuo recusa est *Göttingae* 1750.